



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

3. De peculiari vocatione ad imitationem Christi in studio eximiæ
perfectionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

num. Gratitudo , zelus Christum in
prædictis imitandi.

III. Quàm suaviter insuper & efficaciter omnes ad sua vexilla sequenda alliciat. 1. Tot, tamque gratuitis beneficijs omnes & singulos sibi deuin ciendo, iuxta illud : *In funiculis Adam iraham eos, in vinculis charitatis.* 2. Ex emplo suo omnibus præcendo, ut multò potiore iure quàm Gedeon & Abimelech dicere possit : *Quod me ridebis facere, facito.* 3. Victoria certissimam, si per eos non steterit, & coronam amplissimam promittendo. Affectus ijdem.

III. *De peculiari vocatione ad imitationem Christi in studio eximiae perfectionis.*

I. Expende , quanta sit dignatio Christi, te, præ tot alijs, qui vel vocantem audire renuunt, vel eminustantum, quoad obseruationem præceptorum sequi satagunt, ad perfectiorum sui imitationem , etiam quoad obseruationem consiliorum peculiari gratia sua tam efficaciter extitantis. Quàm grato proinde, prompto , hilarique animo te tantæ gratiæ cooperari oporteret in assiduo studio con-

tinui-

continui progressus in triplici via
perfectionis? Gratitudo, amor, zelus
proficiendi.

II. Quantò maior illa sit eiusdem
dignatio, te, præ tot alijs, ad statum
perfectionis vocantis, tot peculiari-
bus illustrationibus & impulsib. tot
externis præsidijs & exemplis conti-
nuò exstimalantis ad feraens indefes-
sumque studium eximiæ propriæ per-
fectionis, inuitando te ad sublimiorē
mentis puritatem, per iuge exercitiū
mortificationis; ad maiorem virtutum
soliditatem, per seriam tām internorū
quam exterorum earundem actuum
frequentationem; ad perfectiorem
voluntatis propriæ cum diuina sua
voluntate conformitatem, per praxin
omnimodæ resignationis, & studium
solidæ deuotionis. Quot huiusmodi
stimulos sentis, tot nouis titulis ad
perfectius Deo seruiendum obligaris.
Affectus ijdem.

III. Quantò adhuc maior sit eiusdē
dignatio te præ tot alijs, ex gratuita
dilectione, in cooperatorem suum in
salute ac perfectione aliorum promo-
uenda aūmentis, gratiamq; vberem
largientis, vt scias, velis, ac possis, ver-
bo, exemplo, oratione, alijsque spiri-

Ff s tualib.

realib. præfidijs in decurrentia triplici via perfectionis aberrantes dirigere, languescentes excitare, currentes porro promouere.

Quantus proinde tibi meritò concipiendus foret zelus alios quam plurimos ad eximiam perfectionem, cuiusque statui cōgruentem, omni ope, & industria, per idonea media ex pura intentione diuini honoris & obsequij fortiter constanterque, omnibus difficultatibus, superatis, promouendi? Gratitudo, amor, zelus eximiae perfectionis aliorum.

IV. De eximia animæ puritate, medijisque eam assequendi.

I. Expende, in quo eximia animæ puritas, finis viæ purgatiuæ, potissimum consistat. 1. Nimirum, ut quis posteaquam præteritæ vitæ peccata, tam grauia, quam leuia, quoad culpam & pœnam ritè expiarit, nullis deinceps, quantumvis leuibus, delictis se inquiet, & quantum humana fragilitas patitur, omnia etiam illa, quæ ex subreptione fiunt, ægreque vitari omnino possunt, studiosè caueat,